

**R**es, vocans eos יְהוָה אֱלֹהִים id est, miseros & calamitosos homines, & יְהוָה אֱלֹהִים de terra: id est, terrenos. Deinde improperat illis terribilem violentiam, qua sic se gesserint, ut facti fuerint miseris terribiles, quā ini-quitatem Deus iudicio suo sit terminatus. Ut nam tales esse se cogitēt & agnoscant vniuersi po-tentes in hoc seculo. Terribilem esse, conuenit etiam magistratui, fateor: sed ijs qui male faciunt, non in fontibus & miseris. Deinde non animo tyrannidem spirante, sed vindictam malorum exer-cente. Detestabilis est tyrannis, etiamsi angeli hanc exerceant. At multò est detestabilior, si exerce-cant illam homines de terra, ipsi quoq; miseri & calamitosi, quos ipsa mortalitas & originis humili-tas modestè debeat & humanitatis admonere, perinde ac si superbiam execrabilem quidem in se esse dicas: at multò execrabilorem, si videantur pauperes & egeni superbire & insolescere, vel fero-cire, & bellicis motib. gaudere, rem esse culpabilem & alienam à mente humana: præsertim verò, si hoc animo prædiæ sunt mulierculæ. Omne vitium hoc est detestabilius, quo minus habet occasio-nis vel à natura, vel à conditione hominis.

4. Quartò, obserueimus etiam, quod non simpliciter dicit, *Ad iudicandum pupillo & oppresso, ne terre-at homo de terra: sed, Vt non terreat ultra homo de terra.* Si confessim exerceret iudicia sua Deus, non es-set locus homini mortali aliquandiu tyrannidem exercendi. Verum quoniam iudicia sua plerunq; differt, sit ut ad tempus aliquod reprobavit in inferant insontibus. Vbi verò tempus aduenerit iudi-cij, sicut aduenit & finis improbae tyrannidis, ultra quem non permittatur reprobis pro libidine sequire in innoxios. Cogitas, quando tandem finis erit maliciæ reproborum? Habet hic responsum: Vbi ad iudicandum federit Dominus, non addent ultra terreni homines terrorem incutere mortali-bus. Interea parienter ferenda est reproborum violentia.

## PSALMVS XI.

AD PRÆCINENDVM, DAVIDIS.

ARGVMENTVM PSALMI.

**A**pparet hunc Psalmum à Davide contra eos factum à quib. Sauli prodebat, cum in montibus latibula quereret: id quod à Ziphis factū, 1. Sam. 23. & 26. legitur. Opponit autem fiducia suam, quam in Dominum habet, nequitiæ proditorum: quibus eam iniquitatem exprobrat. quod se ne in montib. quidem quiescere finant, sed instar anicula abigant, cum in necem suam parati sint impij. Deinde de Deo gloriatur, qui cœlitus filios hominum despiciat. Et quoniam iustos diligit, impios odit, punit etiam im-pios: ideoq; huic se omnia committere, at qd etiamsi ipsa fundamenta diruantur, securum fore significat.



**N** Domino confido, quomodo dicitis animæ mee, ut fugiat à montib. ve-  
stris velut anicula: VER. 1,

2. Quoniam ecce impij intendunt arcum, parant sagittas suas ad ner-  
uum, ut sagittent in obscuro rectos corde.

3. Et si fundamenta destruantur, iustus quid faciet?

4. Dominus in templo sancto suo, Dominus in cœlo sedes eius: oculi eius despiciunt,  
palpebrae eius probant filios hominum.

5. Dominus iustum probat: impium autem, & qui diligit iniquitatem, odit anima-eius.

6. Pluit super impios luceos ignis, sulphuris ac spiritus tempestatum: quæ pars fuit  
calicis eorum.

7. Quoniam iustus Dominus, iusticias diligit: rectum videt vultus eius.

*Vt fugiat à montibus vestris.* ] Ebr. יְהוָה חֲרֵבָנָם. Græc. περιβασάντες τὰ ὄρη. Vulg. Lat. Transmigrat in mon-  
tem. Hieron. Transiula in montem. Felix: Transmigrat ex monte vestro. Et arbs legit: Ad montem. Sunt ex re. Vers. 1.  
centioribus qui legant: Abi hinc protinus in montes tuos Alius: Deuola è monte vestro. Pagninus nobiscum  
legit: Vt transmigret à monte vestro: que lex mihi magis arrisit, maximè cùz. Ebræa dictio רַבָּסִי: po-  
sita sit, ut aliquid desideretur, quod tam infinitum, quam imperatum formare possit: ac iam recte  
legatur, Vt fugiat, quām, Fuge.

*Et si fundamenta destruantur, iustus quid faciet.* ] Ebr. נִבְנֵת הַשְׁתִּיתָה כְּרוּסָן צְדִיקָה מִתְחַדֵּשׁ. Græc. sic: οὐδὲ οὐ Vers. 3.  
ταυτόπτω, οὐδὲ λαβάνον διατί τι ταῦτα; Vulg. Lat. Quoniam quæ perfecisti, destruxerūt: iustus autem quid  
fecit? Hieron. Quia leges dissipatae sunt, iustus quid operatus est? Pagn. Quoniam retia destruentur: &c. Felix: Quo-  
niam fundamenta destruentur, &c. Ex recentioribus alias sic: Vt funditus perdant, iustus quò se vertet. Alius ad  
hunc modum: Nam nusquam est consistendi locus, at iustus quid commeruit?

*Rectum videt vultus eius.* Ebr. יְהוָה בְּגִבְרִים. Græc. sic: ὁ βύργος ἀδελφὸς τὸ μέσον καὶ τὸ  
τίνα: Aequitatem videt vultus eius. Hieronym. Rectum videbunt facies eorum. Pagnin. Rectum videbit facies eius.  
Chald. צְבָר אֶפְנֵי הַקְּנָאָתָה: id est, Rectum videbunt iocunditatem facierum eius. Iustinianus Genuen. le-  
git: Recti videbunt facies eorum.

*In Domino confido.* ] Significat hoc versu Propheta, fiduciam se conieciisse in Dominum, esseq; spe EXPLA-NATIO.

bona prædictum, vanos fore proditorum conatus, quibus se Sauli tradere moliebantur.

Quomodo dicitis animæ mee.] Hoc est: Quare insidiamenti animæ mee, & contra illam conspiratis: ut Vers. 1. 2. &

dicere animæ, idem hic sit, atque, consultare aduersus animam, ill. que insidiari.

3.

Vt fū: